



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XLIII. Præcepta generalia aciei instruendæ & prælij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Nimium jam hujus imposturae experimentum est, ut subditos contra Principes commoueat, omnia facta, atque infecta comminiscantur. Verum horum apud imperitos usus est, & si recte instituantur tota res in derisum abit. Quid enim facilius, quam vanissima eludere? Habet idem Frontinus libro 1. cap. 12. exempla multorum, qui omnia eluserunt.

*Superstitio
in praelio
periculosa.*

Facile autem in auctores recidit si superstitione obnoxium militem habeant. Caesar cum sciret legem esse Germanis non pugnare decrescente luna, impeditos religione acie vicit.

Impostura licet nunquam vsurpanda sint, interdum tamen stolidos militum animos exerunt. Sic Archidamus noctu clam aram statuit, ornauit, & equos circum egit, ut Castor, & Pollux adfuisse putarentur.

Epaminondas noctu per artificem curauit, ut statua Palladis manu scutum teneret, quod initio ante pedes positum erat; Bæoti in crasso aëre nati, Ducem sumpsisse scutum, & protectricem fore rati fortiter pugnarunt. Idem quoque vatem Trophonium produxit. Alexander quoque superstitione suorum abusus est. Aruspices enim manum literis, quæ viatoriam portenderent inscripsit, qui tenens exta notas impressit. Hoc etiam accuratius fecit contra Gallos Attalus, Polyæn. libr. 4.

CAPVT XLII.

Antiquam aciem nostro tempore seruari non posse.

*Non arma,
nec acies
priscæ resti-
tuenda.*

§. 1. **M**ACHIAVELLVS eam reduci vellet, verum nullo id Reipublicæ bono, militiæ damno ingenti. In eo quidem recte sentit, quod ita ordinandos censet exercitus, ne in paucorum timore, vel fuga omnes periclitentur. Quod verò antiquum Romanorum morem viget, præter rem facit. Ratio enim pugnandi, qua nunc vtimur, multo melior est, multoq; firmitior. Romanæ aciei ars erat prima, ut fessis, aut victi velites se in ordines hastatorum, hi in Principum interualla reciperent: nunc vero receptus ille non probatur; sed in locum fessorum alij, atque alij submittuntur. Multoque prudentius id egisset Romani, si ita statuissent, ut si premi vidissent hastatos, submisissent Principes, his Triarios. Nam quod turbas, & ordinum conuulsionem arbitratu orituram ex procursu eorum, qui in secunda, tertiaque acie versantur, non satis attendit grauiorem oriendi ordinum turbationem ex recessu, & quasi fuga cedentium, aut pulsorum, quam procursu pugnatium, & succurrentium; plus enim rationis & animi est, in pugnatibus, quam in fugientibus, & antrorsum procedunt illi, fugientes retrorsum. Quin ad animos erigendos, acuendamque audaciam plus valet, stanti & pugnant, quam cedenti succurrere. Hosti etiam confidentia tollitur nostro præliandi modo, veterum ordinis augetur: cedentibus enim acrior incumbit, & mentem timet.

*Melius suc-
curretur,
fessis, quam
cedentes re-
cipiuntur.*

§. 2. Quin & illud obseruandum tormentorum nostrorum rationem alium ordinem aciei requirere. Ante aciem enim ducenda sunt, & magna cura disponenda, atque etiam vitanda. Hoc sanè constat, si in dirigendis tormentis industria adhibeatur victoriam esse pronam, de quo supradictam loco; nunc satis est, si intelligatur non posse veterem aciem institui. Fortissimi enim milium nunc sclopi vtuntur, illis præcipue quas Mosquetas appellant, & raro cominus pugnatur, nisi cum altera pars fugit. Itaque iaculatores sunt nunc præcipui, & corpus aciei

Prius autem natura est, ut eminus quam cominus pugnetur, hic machinæ & mosquetæ, quæ sunt gravissimæ armaturæ initio disspoluntur.

§. 3. Olim interdum sagittas illudebant celesti procursu, id nunc fieri non potest, scutis enim & loriceis non impediuntur bombardæ.

Ventidius aduersus Parthos non ante exercitum eduxit, quam cum quingentis passibus abessent, & subita procursione sagittas elulit, & fiducia specie barbaros debellauit. Hoc nunc tentare insani est.

§. 4. Nunc tormentorum usus ad latera aliam aciem requirit. Cum timetur ne hostis circumdet aciem, extendendæ sunt frontes & ad latera ponenda tormenta, inter pugnandum verò contrahendæ, & emittenda iacula improuisa. Olim equitatus diffundebatur: nunc continetur, & cautissime emittitur.

CAPVT XLIII.

*Præcepta generalia aciei instruendæ,
& prælii.*

§. 1. **N**ON facile certandum, nisi necessitas cogat, aut videas victoriam te in manibus habere. Exercitus pugnandi audis sed impar, suauitate retinendus, ut animus maneat fortis, alacerrque, & tamen prudentiæ Imperatoris se committat. Sertorius Lusitanos Barbaros exemplo docuit, Romanos non simul vinci, sed per partes atteri debere. Cum deinde cum clade pugnaturos cerneret, turmam equitum misit, quæ hostem prouocaret, laborantique submisit subsidia, & omnes recepit, ostenditque quis exitus pugnae fuisset, si omnibus signis collatis fortunam tentassent.

*Non nisi
magno co-
modo vel
magna ne-
cessitate
præliandi.*

§. 2. Prælium haud facile committendum, Vegetius libro 3. cap. 9. Idem omnia ante cogitanda sunt, ante tentanda, ante faciendæ, quam ad vltimum veniatur abruptum. Boni enim Duces non aperto Marte prælium, in quo est commune periculum, sed ex occulto semper attentant, ut integri suis, quantos possint hostes interimant, certe vel terreat: in quâ parte, quæ necessaria admodum sunt, ab antiquis reperta perscribam. Paulus Æmilius, perarum nimis bonum Imperatorem signis collatis decertare, nisi summa necessitudo, aut summa ei occasio data esset.

§. 3. Magnus itaque Imperator est, qui conuitia, & nomina cunctatoris æquo animo ferre potest, ne ante tempus, aut non suo loco & tempore dimittet. Potuit ferre Fabius, non potuit Pompejus, itaque Fabius consensu aliorum, Pompejus suo malè pugnavit. Nam Fabium Collega traxit. Pompejum imperiti flexerunt. Contra omnia inuictus Pericles stetit. Pericles hosti impar, sed à suis pugnantibus cupidus, ad prælium etiam conuictio vocatus, respondit: cæsas arbores facillimè renasci, interemptos homines difficillimè reparari. Plutarchus in Pericle.

§. 4. Probum consilium Cn. Sulpitij Dictatoris, cum ut ait Liuius libro 7. bellum traheret, nolens se fortunæ committere aduersus hostem, quem tempus deteriorum indies & locus alienus faceret. Quod putat Machiauellus, si hostis omnino prælium inire velit, non posse illud evitari, verum est, sed id si velit, prælium inibit prudens Imperator suo commodo, & certa victoria; quemadmodum enim qui omnino cupiditate emendi prolapsus fundum alienum emere gessit, tanti, quanti eum venditor indicat, emere tenetur, ita qui temerariè in prælium prope-

*Hostis prælii
cupidi fa-
cile est vinci
cere.*

*Timor
lis, me-
animi
ad fra-
conue-*

*Sine
pericu-
ris pug-
tur.*

properat, ad alterius voluntatem tempus & locum acceptare cogitur, quod est periculosum, accipere ab hoste condiciones pugnandi.

Carolus Quintus cum Germanis pugnare noluit, quod non dubitaret exercitum eorum, breui dissipatum iri, nam in fœdere videbat civitates, quæ nervum suppeditabant, contemni, & merito queri, quare putabat à fœdere discessuras, quod fecerunt.

§. 5. Necessitas pugnandi virget, si loco cedendum est, propinquo hoste. Qui enim sublaris impedimentis proficisci cogitur, si hostis sequatur, vix sine pugna euadit, hostis enim sequitur, & loca sibi opportuna occupando ad iniquam pugnam coget.

Pugnandum est cum commeatibus, aut stipendia defutura videntur. Multo magis si agrum hostis vaſtet. Alias hand est indecorum cum saluti necessarium est, mœnia tueri, nec in aciem procedere; Cum Spartam Thebani obsiderent, omnes exire ad pugnam auerent, moratus est Ageſilaus, quod diceret: Athenienses etiam quandoq; à Lacedæmonis in urbem fuisse conclusos.

§. 6. Nec reprehendero, si ad tempus cedat, si enim fuga stratagematica, laudabilis est, quæ mox conuertitur in hostem securum, cur non & illa, quæ ad hebdomadas, aut menses durat? Metellus cum alacrem vidisset hostem, exercitum reduxit. Ageſilaus quoq; cum eum videret ordinem & vires Atheniensium, ut vincere non posset, recessit. Polyæn. l. 2. Nec timendus contemptus, sed amandus. Quicumque enim hostem contemnit, ad pugnam imparatus est. Pugnandi auiditas in milite laenda est, providentia victoriæ duci conuenit.

Nec facile bellum in exercitatus sumendum est. Cræsum bella contra Insulanos molientem Bias dehortabatur, q̄ diceret, Insulanos magnum numerum eorum contra eum parare. Cræsus irridens, vrinam, inquit, eos in continente capiam: Tum Bias. Et illi optant Cræsum in mari capere. Tamen difficile Cræso prælium maritimum, quàm Insularibus terrestre.

§. 8. Non est pugnandum, si merus est amittendi regni; Dux Albanus cum Guisio in regno Neapolitano pugnare noluit; nam Galli victi duntaxat exercitum, Hispani regnum perdidissent.

§. 8. Interdum tamen prælium suaserim, si hostis titonum habet exercitum, qui visu sit melior, tu veteranum, si hostis timeret.

Timor viri-
lis, modo ne
animum
ad fraudem
conuerſat.

Qui infirmior est, terreat, qui fortior, securum reddat. Pars victoriæ est hostem terri. Qui metuit, dimidiu viuit. Suspicio periculi tam prodest victoriæ, quàm ipsum periculum.

Leo rotarum strepitu, galli cantu, igne terretur, fugit hostis si laruam timoris obiecetis.

Qui veteranum & victorem exercitum habet, ut Hannibal, ut Cæsar, facile ad prælium p̄gredi potest, sed ne hosti sollicitudinem ingerat Imperatoris est timere videri velle, Thraſonis timeri. Itaq; par nunquam cum pare nisi commodo suo pugnabit.

CAPVT XLIV.

*Hostem domi non expectandum, sed
in suo inſeſtandum eſſe.*

Sine regni
periculo
pugna-
tur.

§. 1. Si omnino bellum decretum sit, viresq; pates, Saut majores putentur, non est consultum exercitum in pacato detinere, sed protinus ducendus est in hostem, multa enim commoda eorum sunt, qui foris pugnant.

Nam animus magnus, & fiducia virium in eo formidabilis est, qui vitro laeſſit.

Deinde ad existimationem auctoritatemque, quæ bellantibus necessaria est, plurimum valet, tantum polle, ut non modo tua defendere, sed aliena etiam vindicare possis.

Terrio pericula propria in hostem sic transferre potes. Nam si domi bellum geratur, intra viscera hostis accipitur, omnia aguntur, feruntur, vruntur, miles amicus & hostilis ex æquo grauis est; hinc animi dejecti, querelæ, seditiones, tumultus, quæ omnia traducto milite in hostem transferuntur.

Pericula in
hoste ſūt.

Hinc videamus Romanum populum domi laborantem, nec Hispanias neglexisse, & in Africam belli terrorem tranſtulisse, atque hoc demum modo Annibalem ex Italia auocasse potius, quàm pepulisse. Neque dubium est, si Hispanias omiſſissent Romani, quin Italiam suam defendere non potuerint, Carthaginenses enim quietam Hispaniarum possessionem adepti, ejus nationis viribus, opibusque facile Romanos vincere poterant.

§. 2. Exercitu veterano timenti, non est pugna permittenda. Quia certa causâ se videt infirmiores. Timidus ne sit, alacer, ipsi dicent, etiam inuiti. Pallor & tremor timentem producit. Assensu probabant, si manus extollerent, si clamorem ederent, scuta genibus illiderent, Luc. l. 1.

*Hic cunctæ simul assensore cohortes,
Et atq; alæ, quæcunq; ad bella vocaret
Promissere manus. it tantus ad æthera clamor.*

Discrimina vocum indicat Ammian. Nemo post hac finit a reuicuit: sed militares omnes horrendo fragore scuta genibus illidentes (quod est prosperitatis indicium plenum: nam contra quum hastæ chely feruntur, ira documentum est & doloris) immane quo quantoq; gaudio præter paucos Augusti probauere indicium.

CAPVT XLV.

*Non eſſe boni Imperatoris pugnandi
neceſſitatem imponere.*

§. 1. **I**NTER cetera perdendæ Reipublicæ documenta, etiam necessitatem pugnandi adferendam putat Machiavellus lib. 3. c. 12. Verba ejus sunt. Oſendimus alio loco quam vtilis sit Necessitas ad humanas actiones expediendas: simulq; monſtrauimus, necessitate coactos homines sæpe res geſſiſſe, quibus ad gloriam singularem ſint euecti. Morales quoq; Philoſophi prodidiſſe, linguam & manus, quamuis per se nobiliſſima ſint instrumenta: nunquam tamen res humanas ad eam, in qua nunc ſunt, perfectionem dignitatemq; promouere ac producere potuiſſe: ni neceſſitas quadam ipſas coeſſet. Quæ res antiquis Imperatoribus, cum ignota non eſſet, q̄ facile intelligerent, animos militum neceſſitate coactos, ad dimicandum, ſortes & obſtinatos fieri: in id maxime incumbabant, ut ſua neceſſitatem pugna, captata quauis occasione, imponerent: hoſtibus verò eandem de induſtria adimerent. In quem vtiq; finem, per ſæpe tranſiit hoſtibus per ea itinera aperuerunt, quæ cuſtodiri facile potuiſſent: & ſuis iter clauſerunt, quod facile potuiſſent aperire. Quicumq; ergo cupit, ſive ciues vrbs alicuius ſortes, audaces, & obſtinatos ad ſui deſenſionem efficere: ſive alium exercitum fortem & pertinacem ad pugnandum in prælio reddere: is ſummo ſtudio in id incumbere debet, ut neceſſitatem huius rei ipſi imponat, aut certe, ut eorum animi perſuaſi ſint, talem ſibi neceſſitatem incumbere.

Mala & periculosa doctrina: ſummi periculi ad-
eund ſibi neceſſitatem imponere non eſt prudentis, ceſſitas non
neque boni viri. Qui verò id fecerunt vel temerarij ſuſcipien-
fuerunt, vel ante neceſſitate premebantur; nec in da.
nouam ipſi ſe neceſſitatem coniecerunt, ſed eam
in

Periculi ne-
ceſſitas non
da.